



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 83. Caussa Berquini continuata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

„cio adjuturos, Deumque, ut tam san-<sup>Sæcal.</sup> XVI  
 „cto proposito faveat, imploratuos. A.C. 1526.  
 „Si vero ob communia peccata meum  
 „consilium ad finem perducere non po-  
 „tero, saltem id mihi concedet Deus,  
 „ut in eo pertractando, antequam spe  
 „dejiciar, vitam finire possim; nihil  
 „enim mihi infelicius accidere valeret,  
 „quam si in tam pestifero incendio salu-  
 „tarem manum adhibendi spe, & facul-  
 „tate privatus vivere deberem.,, Ver-  
 rum cuncta hæc tam generosa Pontificis  
 consilia suo successu carebant.

## §. LXXXIII.

*Cauffa Berquini continuata.*

Anno Domini millesimo quingentesimo  
 vigesimo tertio Ludovicus Berqui-  
 nus a carcere suo dimissus promiserat,  
 se haud ultra dogmata sua sparsum.  
 Verum Ambianum secedens violata pro-  
 missi fide rursus errores suos ac deliria  
 non sine gravi Ambianensis Cleri, po-  
 pulique offensione divulgare cæperat.  
 Huic ergo malo, ut sese opponeret præ-  
 fatæ urbis Episcopus, Parisios se con-  
 tulit, apud supremam Curiam de Ber-  
 quini flagitiis questurus. Valuit succe-  
 sus; quippe ad Episcopi preces Parla-  
 mentum die septima Martii hoc Anno  
 Christi millesimo quingentesimo vigesi-

Sæcul. XVI mo sexto Berquinum comprehendit  
A. C. 1526. jussit.

## §. LXXXIV.

*Berquini propositiones a Facultate  
Theologica damnatae.*

*Argentr. t. I.* Eadem occasione Facultas Theologica  
*in fine p. 5. t.* Parisiensis præfatum Berquinum no-  
*2. p. 40.* va perstrinxit censura, ac sequentes il-  
lius propositiones damnavit. *I. Reser-  
vatio casuum non impedit plenariam pecca-  
torum reservationem.* *II. Petrus super sin-  
gulos fideles a Christo primatum potestatis  
non accepit.* *III. Si Papa esset jure divi-  
no super omnes fideles Ecclesiæ, nullus pos-  
set eum absolvere, nec consitentem audire.*  
*IV. Humana opera vitæ æternæ meritoria,  
proh pudor!* *V. Sophistæ vocant fidem  
credere totam Historiam Evangelicam, quod  
dæmones credunt, Lutherus vocat fidem  
fiduciam misericordiæ divinæ promissæ in  
Christo.* *VI. Fides sola justificat, id est,  
sola cauſsa est, propter quam justificamur.*  
*VII. Ecclesia irrationabiliter præceptum de  
jejunio instituit.* *VIII. Verum jejunium  
est, quod corpori non plus alimenti conceda-  
tur, quam ad conservandam sanitatem ne-  
cessæ est.* Octo hæ propositiones damnan-  
tut tanquam Schismaticæ, Ordinis Hier-  
archici eversivæ, erroneæ, Hæreticæ, Lu-  
theri erroribus conformes, Ecclesiæ Catho-  
licæ injuriosæ, errori Beguardorum proxi-  
mæ.